

Preface of St. John of the Cross

IT IS TRULY meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, eternal God, through Christ our Lord: Who hast given unto us blessed John Thy Confessor, suffused with the light of divine things, and aflame with a great desire of suffering, for our renowned teacher and model. For Thou didst raise him up by the ascent of the mount and the darkness of the night to the summit of contemplation; and didst wondrously consume him, joined unto Thee by a spiritual covenant, with the living flame of Thy love: that by the shining light of his wisdom Thou mightest illumine also our darkness. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn to Thy glory, evermore saying: — *Sanctus*.

Communion (Isaias 53:10,11)

BECAUSE his soul hath labored, he shall see a long-lived seed, and the will of the Lord shall be prosperous in his hand.

Postcommunion

MAY THY Sacraments, O Lord, through the intercession of our holy father John, Thy Confessor and Doctor, obtain for us a fervor all divine; and grant that as he, while celebrating these Mysteries, even exteriorly glowed with heavenly fire, so may we likewise be enkindled and ever seek after heavenly things. Who livest and reignest with God the Father in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

VERE DIGNUM et justum est, æquum et salutäre, nos tibi semper, et ubique grätias ägere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, per Christum Dóminum nostrum: Qui beátum Joánnem Confessórem tuum, divinár-um rerum luce perfúsus, et exímio patiéndi desidério succénsus, præclárus nobis Doctórem et exémp- lar dedísti. Ipsum enim, per montis ascénsus noctisque caliginem ad contemplatiónis vérticem sublimásti; atque spiri- táli tibi fedére sociátum, viva tui amóris flamma mirífice adussísti: ut rutilánte ejus sapiéntiæ lúmine, nostras quoque ténebras irradiáres. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió- nibus, cumque omni militiá cœlestis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes: — *Sanctus*.

PRO EO quod laborávit ánima ejus, vidébit semen longæ- vum, et volúntas Dómini in manu ejus dirigétur.

PRÆBEANT nobis, Dómine, divinum tua Sancta fervórem, intercedénte sancto Joánn- e Confessóre tuo atque Doctóre, Patre nostro: et præsta; ut, sicut illum, dum hæc sacra mystéria perágeret, caritátis igne cœlitus immiso, étiam extérius irradiáre fecísti; ita nos ejúsdem caritátis ignibus succénsi, ad cœlestia júgiter aspirémus. Qui vivis et regnas ...

Proper Prayers of the Mass in the Extraordinary Form

NOVEMBER 24

Our Holy Father, St. John of the Cross, Confessor and Doctor

(from the Carmelite Missal Supplement)

Introit (Galatians 6:14)

MIHI ABSIT gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifíxus est et ego mundo. *Ps. 98:1*. Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. *Ÿ*. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. — Mihi absit gloriári ...

GOD FORBID that I should glory, save in the cross of our Lord Jesus Christ: by whom the world is crucified to me, and I to the world. *Psalm*. Blessed are the undefiled in the way; who walk in the law of the Lord. *Ÿ*. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. — God forbid ...

Collect

DEUS, QUI sanctum Joánnem Confessórem tuum atque Doctórem, Patrem nostrum, perfectæ ui abnegatiónis, et crucis amatórem exímium effecísti: concéde; ut ejus imitatióni júgiter inhæréntes, glóriam assequámur ætérnam. Per Dóminum ...

O GOD, who didst endow holy John, Thy Confessor and Doctor, with a wonderful spirit of self-denial and a surpassing love of the Cross: grant that by ever cleaving to his example, we may obtain eternal glory. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son: Who liveth and reigneth with Thee ...

Epistle (Philippians 3:17–21; 4:6–9)

FRATRES: Imitatóres mei estóte, et observáte eos qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram. Multi enim ámbulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem et flens dico) inimícos crucis Christi: quorum finis intéritus: quorum Deus venter est: et glória in confusióne ipsórum, qui terréna sapiunt. Nostra autem conversatió in cœlis est: unde etiam Salvatórem exspectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, qui

BRETHREN: Be ye followers of me, and observe them who walk so as you have our model. For many walk of whom I have told you often (and now tell you weeping), that they are enemies of the cross of Christ; whose end is destruction, whose God is their belly, and whose glory is in their shame; who mind earthly things. But our conversation is in heaven, from whence also we look for the Savior, our Lord Jesus Christ, who will reform the body of our

lowness, made like to the body of His glory, according to the operation whereby also He is able to subdue all things unto Himself. Be nothing solicitous; but in every thing, by prayer and supplication, with thanksgiving, let your petitions be made known to God. And the peace of God, which surpasseth all understanding, keep your hearts and minds in Christ Jesus. For the rest, brethren, whatsoever things are true, whatsoever modest, whatsoever just, whatsoever holy, whatsoever lovely, whatsoever of good fame, if there be any virtue, if any praise of discipline, think on these things. The things which you have both learned, and received, and heard, and seen in me, these do ye, and the God of peace shall be with you.

Gradual (Matthew 16:24)

IF ANY MAN will come after Me, let him deny himself, and take up his cross, and follow Me. (*Isaias 26:9.*) My soul hath desired thee in the night: yea, and with my spirit within me, in the morning early I will keep watch for thee. **Alleluia, alleluia.** (*Eccl. 51:18, 22.*) I sought for wisdom in my prayer: I found much in myself, and I profited much therein. Alleluia.

In votive Masses after Septuagesima, Alleluia and the
Ÿ. Quæsivi... are omitted and the following is prayed:

Tract (Isaias 52:1)

BEHOLD my servant, I will uphold him: I have given my spirit upon him. (*Wisdom 10:17.*) Ÿ. She was to me for a covert by day, and for the light of stars by night. (*I Cor. 2:6, 7.*) Ÿ. We speak wisdom among the perfect: yet not the wisdom of this world: but we speak the wisdom of God.

reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem, qua etiam possit subjicere sibi omnia. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione, et obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, et intelligentias vestras in Christo Jesu. De cetero fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ et didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me, hæc agite: et Deus pacis erit vobiscum.

QUI VULT post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Ÿ. Anima mea desideravit te in nocte: sed et spiritu meo in precordiis meis de mane vigilabo ad te. **Alleluia, alleluia.** Ÿ. Quæsivi sapientiam in oratione mea; multam inveni in meipso, et multum profeci in ea. Alleluia.

ECCE puer meus, electus meus: dedi spiritum meum super eum. Ÿ. Fuit mihi in velamento diei, et in luce stellarum per noctem. Ÿ. Sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam vero non huius sæculi: sed loquimur Dei sapientiam.

During Eastertide, the GRADUAL and TRACT are omitted and the following is prayed:

Alleluia (Psalm 29:11)

ALLELÚIA, alleluia. Ÿ. Convertisti planctum meum in gaudium mihi: concidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia. Alleluia. Ÿ. Venite, audite, et narrabo vobis quanta fecit Deus animæ meæ. Alleluia.

ALLELUIA, alleluia. Thou hast turned for me my mourning into joy: thou hast cut my sack-cloth, and hast compassed me with gladness. Alleluia. (*Ps. 65:15.*) Come and hear, and I will tell you what great things God hath done for my soul. Alleluia.

Gospel (Luke 11:33–36)

IN ILLO TEMPORE: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo lucernam accendit et in abscondito ponit, neque sub módio: sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrum erit. Vide ergo, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

AT THAT TIME, Jesus said to his disciples, No man lighteth a candle, and putteth in a hidden place, nor under a bushel: but upon a candlestick, that they that come in may see the light. The light of thy body is thine eye. If thine eye be single, thy whole body will be lightsome; but if it be evil, thy body also will be darksome. Take heed therefore that the light which is in thee be not darkness. If then thy whole body be lightsome, having no part of darkness, the whole shall be lightsome, and as a bright lamp shall enlighten thee.

Offertory (Isaias 60:19)

ERIT TIBI Dóminus in lucem sempiternam, et Deus tuus in glóriam tuam.

THE LORD shall be unto thee for an everlasting light, and thy God for thy glory.

Secret

OFFÉRIMUS tibi, Dómine, hóstiam laudis in honorem sancti Joánnis Confessoris tui atque Doctóris, Patris nostri: qui assiduam crucis mortificationem in semetipso portans, tibi fuit hóstia grata, atque jucúnda. Qui vivis et regnas ...

WE OFFER to Thee, O Lord, a sacrifice of praise in honor of our holy Father John, Thy Confessor and Doctor: who, bearing in himself the continual mortification of the cross, was a sacrifice agreeable and pleasing to Thee: Who livest and reignest with God the Father ...